

Opus enim habet, apud istos Cujusdam tertii Comentum,
 fidele. An dicitur sunt nobis, esse murum adamantinum,
 aut aliud quod dicitur? Cujusmodi providentia hoc quid sit,
 interseptum esse dicitur? utrumque n. Contrariis hoc
 assignare velint tanquam postea in istis, non reponant
 exitum in hac causa; neque se hinc expectent, revocata
 enim ascendendo ad antiquius, disputatio rursus depre-
 hendet contraria inter se separata, tanquam nullo modo
 contraria. In vero neutrius providentia interseptum,
 quod dicitur, esse dixerunt, necessario fatentur in-
 trodurre se aliquid ingenitum, quod neutrius substan-
 tiam participet, ut ad firmamento separet hoc; atque
 ita fiet, ut reperiantur turbam ingenitorum ponere
 qui duo ingenita esse dixerunt. Attamen hoc quod
 dicitur determinat et interseptum est, sive murus est, sive
 terra, sive domus, sive aliud quodlibet; nunquid
 alibi quidem habet basim, alibi vero culmen? Atque
 perspicuum est, infra quidem habere basim. Sed ubi, &
 quantum? supra vero culmen. Sed ubi, & quantum?
 supra enim & infra nomina fabricationis mundi
 ante fabricationem sunt apud istos: atque oportet etiam
 interseptum profundius, & altius esse quam ea, quae
 determinantur, ne quid ex parte inferiori aut su-
 periore deficiat, aditum contrarium probeat, ut simul
 sint. Si autem cum umbra et sole comparent
 illud, quod interseptum vocant, putabunt quidem ni-
 hil habere commune umbram cum sole, coniecturatur tamen,
 deceptos esse eos turpiter a Marichaeo, umbra enim
 communione solis et presentia fieri solet mole quadam
 interposita, quae communione et presentiam solis ad
 alteram partem transmittit; nihilque aliud umbra
 est, quam indicium luminis corpore quopiam interjecto
 impediti;

nocte